

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

54 quotations attributed to Salustius in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20va):

Salustius in catilinario: **Nulli mortalium iniurie sue parue videntur multi eas grauius equo habuere.**

non ita est, neque quoiquam mortalium iniuriae suae parvae videntur, multi eas grauius aequo habuere.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.11 (A. Kurfess ed., 1957, p.38, ll.25-26).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22ra):

Salustius in catalinario: **Que quisque facilia factu putat equo animo accipit.**

ac mihi quidem, tametei haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exequenda sunt; dein quia plerique quae delicta reprehenderis malevolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 3.2 (A. Kurfess ed., 1957, p.4, ll.25-26).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.24va-vb):

Salustius in catilinario: **Labore ac iustitia res publica crescit.**

Sed ubi labore atque iustitia res publica crevit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti, Carthago aemula imperi Romani ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant, saevire fortuna ac miscere omnia coepit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 10.1 (A. Kurfess ed., 1957, p.10, ll.1-5).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27ra-rb):

Salustius in catilinario: **Nulli mortalium iniurie sue parue videntur: multi eas grauius equo habuere.**

non ita est, neque quouquam mortalium iniuriae suae paruae videntur, multi eas grauius aequo habuere.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.11 (A. Kurfess ed., 1957, p.38, ll.25-26).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31va):

Salustius iugurthino: **Expertus sum parum fidei miseris esse.**

Plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea, et iam antea expertus sum parum fidei miseris esse; nisi tamen intellego illum supra quam ego sum petere neque simul amicitiam vostram et regnum meum sperare.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 24.4-5 (A. Kurfess ed., 1957, p.74, ll.16-20).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33ra):

Salustius in catilinario: **Quidam nomine L. tarquinius ad senatum adductus erat: quem ad catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant: is cum diceret se iudicaturum de coniuratione catiline si fides publica data sibi esset: iussus a consule quesieret dicere de paratis incendiis de cede bonorum de itinere hostium senatum docet: preterea se missum a marco crasso qui catiline nuntiaret: ne eum lentulus et cetegus: aliique ex coniuratione deprehensi terrerent: eoque magis properaret ad urbem accedere: quo et ceterorum animos reficeret: et illi facilius ex periculo eriperentur. sed vbi tarquinius crassum nominavit hominem nobilem maximis diuitiis summa potentia: alii rem incredibilem rati esse: pars tam etsi verum existimabat: tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quam exagitanda videbatur: plerique crasso ex negociis priuatis obnoxii clamabant omnes falsum iudicem esse: deque ea re postulant vti referatur: itaque consulente cicerone: frequens senatus decreuit tarquini iudicium falsum esse: eumque in vinculis retinendum: neque amplius potestatem faciendi nisi de eo iudicaret: cuius consilio tantam rem esset mentitus.**

Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant. is quom se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset, iussus a consule quae sciret edicere, eadem fere quae Volturcius de paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hostium senatum docet: praeterea se missum a M. Crasso, qui Catilinae nuntiaret, ne eum Lentulus et Cethegus aliique ex coniuratione deprehensi terrerent, eoque magis properaret ad urbem adcedere, quo et ceterorum animos reficeret et illi facilius e periculo eriperentur. sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, summa potentia, alii rem incredibilem rati, pars tametsi verum existumabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quam exagitanda videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant indicem falsum esse, deque ea re postulant uti referatur. itaque consulente Cicerone frequens senatus decernit Tarquini iudicium falsum videri eumque in vinculis retinendum neque amplius potestatem faciendam, nisi de eo indicaret, quoius consilio tantam rem esset mentitus.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 48.3-6 (A. Kurfess ed., 1957, pp.35-6, ll.16-26, 1).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40ra):

Salustius in catilinario. **Idem velle atque idem nolle ea demum firma amicitia est.**¹ Idem in iugurtino: **Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt: verum amici: quos neque armis cogere nec auro parare queas officio et fide pariuntur.**² **Eadem cupere eadem odisse ac eadem metuere inter bonos amicitia: inter malos factio est.**³ **Melius visum est amicos quam servos querere: tutiusque volentibus quam coactis imperare.**⁴

1. sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia vobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi; nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 20.3-4 (A. Kurfess ed., 1957, p.17, ll.17-22).

2. non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere neque auro parare queas: officio et fide pariuntur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 10.4 (A. Kurfess ed., 1957, p.60, ll.7-9).

3. metum ab scelere suo ad ignaviam vostram transtulere, quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit. sed haec inter bonos amicitia, inter malos factio est.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 31.14-15 (A. Kurfess ed., 1957, p.80, ll.13-16).

4. ad hoc populo Romano iam a principio imperi melius visum amicos quam servos quaerere, tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 102.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.137, ll.26-28).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 5: De discordia (fol.44rb):

Salustius in iugurthino. **Concordia parue res crescunt: discordia maxime dilabuntur.**

nam concordia parvae res crescunt, discordia maxumae dilabuntur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 10.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.60, ll.13-14).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46ra):

Salustius in iugurthino: **Concordia praue res crescunt: discordia maxime dilabuntur.**

nam concordia parvae res crescunt, discordia maxumae dilabuntur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 10.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.60, ll.13-14).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.46vb):

Salustius in catilinario: **Auxilium ab omnibus petas: etiam ab infimis.**

auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 44.5 (A. Kurfess ed., 1957, p.33, ll.14-15).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 5: De auxilio et fauore (fol.49rb):

Salustius in catilinario: **Auxilium ab omnibus petas: etiam ab infimis.**

auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 44.5 (A. Kurfess ed., 1957, p.33, ll.14-15).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuilitate (fol.52vb):

Salustius in catilinario. **Labore ac iustitia res publica crescit.¹ Semper in ciuitate quibus opes nulle sunt: bonis inuidet: malos extollunt: vetera odere: noua exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student.²**

1. Sed ubi labore atque iustitia res publica crevit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti, Carthago aemula imperi Romani ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant, saevire fortuna ac miscere omnia coepit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 10.1 (A. Kurfess ed., 1957, p.10, ll.1-5).

2. nam semper in ciuitate, quibus opes nullae sunt, bonis inuidet, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 35.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.29, ll.1-5).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54rb):

Salustius in iugurthino: **Natura mortalium auida est imperii.**

terrebat eum natura mortalium auida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit, ad hoc studia Numidarum in Iugurtham adensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 6.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.57, ll.12-18).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.59vb):

Salustius in iugurthino. **Ignoscendo malis bonos perditum itur.**

neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis civis vestros perperam quam recte fecisse,
sed ne ignoscendo malis bonos perditum eatis.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 31.27 (A. Kurfess ed., 1957, p.82, ll.6-8).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.60vb):

Salustius in catilinario: **Ubi intenderis: ingenium valet.**

ubi intenderis ingenium, valet; si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.37, ll.22-23).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62rb):

Salustius in iugurtino: **Quintus maximus publius scipio preterea ciuitatis romane preclari viri soliti erant ita dicere: Cum maiorum imagines intuerentur: vehementissime sibi animum ad virtutem accendi: scilicet non terram illam nec figuram tantam vim in se habere: sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere: neque prius sedari quam virtus eorum famam atque gloriam adequauerit.**

nam saepe ego audivi Q. Maximum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, quom maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 4.5-6 (A. Kurfess ed., 1957, p.55, ll.15-23).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De concilio (n.p. 2vb):

Salustius in catilinario. **Prius quam incipias consulto: et vbi consulueris mature: opus facto est.**¹ **Omnes homines qui de rebus consultant dubiis ab odio amicitia: ira atque misericordia vacuos esse decet: haud facile animus verum prouidet vbi illa officiunt.**²

1. nam et prius quam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 1.6 (A. Kurfess ed., 1957, pp.2-3, ll.14, 1).

2. Omnis homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. haud facile animus verum prouidet, ubi illa officiunt, neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.1-2 (A. Kurfess ed., 1957, p.37, ll.18-22).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 14: De certitudine et incertitudine (n.p. 6vb):

Salustius in iugurthino. **Non debent certa pro incertis mutari.**

igitur eo dolore inpeditus et quia stultitiae videbatur alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit postulatum, ne sine causa hostis populo Romano fieret: habere tum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungundae, quae potior bello esset, et, quamquam opibus suis confiderei, tamen non debere incerta pro certis mutare.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 83.1 (A. Kurfess ed., 1957, p.118, ll.6-12).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68rb):

Salustius in catilinario. **Omnia mala exempla ex bonis initiis orta est.¹ Romanis superbia non obstabat quo minus aliena instituta si modo proba erant imitarentur. arma atque tela militaria a samitibus insigniis magistratus a tuscis pleraque sumpserunt. Postremo quod vbique apud socios aut hostes idoneum videbatur cum summo studio domi exequebantur. Imitari bonos quam inuidere bonis malebant.²**

1. omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.27 (A. Kurfess ed., 1957, p.40, ll.3-4).

2. Maiores nostri, patres conscripti, neque consili neque audaciae umquam eguere; neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratum ab Tuscis pleraque sumpserunt. postremo, quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur, cum summo studio domi exequebantur: imitari quam invidere bonis malebant.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.1-2 (A. Kurfess ed., 1957, pp.40-1, ll.30-33, 1-4).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70ra):

Salustius in catilinario. **Ubi intenderis ibi ingenium valet.**

ubi intenderis ingenium, valet; si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.37, ll.22-23).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 3: De vanitate et frustratione humanorum actuum (fol.71va):

Salustius in iugurtino. **Frustra niti: neque aliud se fatigando nisi odium querere extreme dementie est.**

frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere extremae dementiae est;
nisi forte quem inhonesta et pernicioosa lubido tenet potentiae paucorum decus atque
libertatem suam gratificari.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 3.3-4 (A. Kurfess ed., 1957, p.54, ll.23-27).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 4: De promotione ingeniositatis et artificiositatis (fol.71vb):

Salustius in catilinario. **Ubi intenderis ingenium valet.**

ubi intenderis ingenium, valet; si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.37, ll.22-23).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.72vb):

Salustius in catilinario. **Ubi intenderis ingenium valet.**

ubi intenderis ingenium, valet; si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.37, ll.22-23).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73va-vb):

Salustius in catilinario. **Ubi labore ac iustitia res publica creuit reges magni bello domiti. nationes fere et ingentes populi subacti sunt. Charthago emula romani imperii a stirpe interiit: cuncta maria terreque patebant.**¹ **Uigilando agendo bene consulendo prospera omnia cedunt. Ubi socordie te atque ignauie dederis: nequaquam deos implores: irati infestique sunt.**² Idem in iugurtino: **Populus et senatus romanus ante charthaginem deletam placide modesteque inter se rem publicam tractabat: neque glorie neque dominationis certamen inter ciues erat. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. Sed vbi illa formido mentibus discessit: scilicet ea que secundas res amant lasciuia atque superbia incessere: ita quod in rebus aduersis optauerunt ocium. Postquam adepti sunt asperius acerbisque sit: namque cepere nobilitas dignitatem populus libertatem in libidinem vertere: sibi quisque ducere rapere trahere.**³

1. Sed ubi labore atque iustitia res publica creuit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti, Carthago aemula imperi Romani ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant, saevire fortuna ac miscere omnia coepit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 10.1 (A. Kurfess ed., 1957, p.10, ll.1-5).

2. non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur; vigilando, agundo, bene consulendo prospere omnia cedunt. ubi socordiae te atque ignaviae tradideris, nequiquam deos inplores: irati infestique sunt.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 52.29 (A. Kurfess ed., 1957, p.44, ll.10-14).

3. nam ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant, neque gloriae neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quae res secundae amant, lascivia atque superbia incessere. ita quod in advorsis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt, asperius acerbisque fuit, namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vortere, sibi quisque ducere trahere rapere.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 41.2-5 (A. Kurfess ed., 1957, p.88, ll.18-27).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 18: De electis inuentionibus rethoricis que sunt apta conuicia et dicuntur esse lesoria (fol.83rb):

Salustius inuectiua in tullium. **Graviter et iniquo animo maledicta tua paterem marce tullii: si te scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia ista vti. Sed cum in te nec modum neque modestiam vllam animaduerto: Respondebo tibi vt si quam maledicendo voluptatem cepisti eam maledicendo amittas.**

Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia ista uti. sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi, ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male dicendo amittas.

Pseudo-Sallustius, *Inuectiua in M. Tullium Ciceronem*, 1.1 (A. Kurfess ed., 1914, p.1, ll.4-9).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88ra):

Salustius in iugurthino. **Natura mortalium preceptus est ad explendam animi cupiditatem.**¹
Animo cupienti nihil satis festinatur.²

1. terrebat eum natura mortalium avida imperi et praeceptus ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit, ad hoc studia Numidarum in Iugurtham adensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 6.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.57, ll.12-18).

2. quae omnia illis eo firmiora videbantur, quia diuturnitate belli res familiaris conruperant et animo cupienti nihil satis festinatur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 64.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.107, ll.1-3).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89va):

Salustius in catilinario. **Semper in ciuitate quibus opes nulle sunt bonis inuidet malos extollunt vetera odere: noua exaptant odio suarum rerum mutari omnia student.**

nam semper in ciuitate, quibus opes nullae sunt, bonis inuidet, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 35.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.29, ll.1-5).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90va):

Salustius in catilinario. **Imperii et diuitiarum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt.**¹ Idem in iugurthino. **In omni certamine qui opulentior est etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest facere videtur.**²

1. at nos non imperium neque diuitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortalis sunt, sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 33.4 (A. Kurfess ed., 1957, p.26, ll.27-31).

2. nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 10.7 (A. Kurfess ed., 1957, p.60, ll.16-18).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94rb):

Salustius in catilinario. **Auaritia fidem probitatem ceterasque bonas artes subuertit. pro his superbiam crudelitatem deos negligere omnia venalia habere docuit.**¹ **Auaricia semper infinita insatiabilis est: neque copia: neque inopia minuitur.**²

1. namque auaritia fidem probitatem ceterasque artis bonas subvortit; pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere edocuit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 10.4 (A. Kurfess ed., 1957, p.10, ll.9-12).

2. auaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit: ea quasi venenis malis inbuta corpus animumque virilem effeminat, semper infinita <et> insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 11.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.11, ll.2-6).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96rb):

Salustius in iugurtino. **In omni certamine qui opulentior est etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest facere videtur.**

nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 10.7 (A. Kurfess ed., 1957, p.60, ll.16-18).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99va):

Salustius in iugurthino. **Melius visum est amicos quam seruos querere: tutiusque volentibus quam coactis imperare.**

ad hoc populo Romano iam a principio imperi melius visum amicos quam servos
quaerere, tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 102.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.137, ll.26-28).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.101va):

Salustius in catilinario. **Is demum mihi viuere atque frui anima videtur: qui aliquo negotio intentus: preclari facinoris aut artis bone famam querit.**

verum enim vero is demum mihi viuere atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 2.9 (A. Kurfess ed., 1957, p.4, ll.2-5).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102rb-va):

Salustius in catilinario. **Rectius videtur esse ingenii quam virium opibus gloriam querere. Diuitiarum et forme gloria fluxa atque fragilis est. virtus animi clara eternaque habetur.**¹
Ambitio multorum mortales falsos fieri subegit.²

1. quo mihi rectius videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere et, quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. nam diuitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 1.3-4 (A. Kurfess ed., 1957, p.2, ll.7-11).

2. ambitio multos mortalibus falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestumare, magisque voltum quam ingenium bonum habere.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 10.5 (A. Kurfess ed., 1957, p.10, ll.12-16).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 11: De concupiscentia voluptatum (fol.106vb):

Salustius in iugurtino. **Natura mortalium preceps est ad explendam animi cupiditatem.**¹

Animo cupienti nihil satis festinatur.²

1. terrebat eum natura mortalium avida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit, ad hoc studia Numidarum in Iugurtham adensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 6.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.57, ll.12-18).

2. quae omnia illis eo firmiora videbantur, quia diuturnitate belli res familiaris conruperant et animo cupienti nihil satis festinatur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 64.6 (A. Kurfess ed., 1957, p.107, ll.1-3).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121rb):

Salustius in catilinario. **Que apud alios iracundia dicitur ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur.**

ita in maxuma fortuna minuma licentia est; neque studere neque odisse, sed minime irasci decet; quae apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 51.14 (A. Kurfess ed., 1957, pp.38-9, ll.31-33, 1).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 1: Unde oriuntur bella (fol.125ra):

Salustius in catilinario. **Imperii et diuitiarum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt.**

at nos non imperium neque diuitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt, sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 33.4 (A. Kurfess ed., 1957, p.26, ll.27-31).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125va):

Salustius in iugurtino. **Omne bellum sumitur facile: ceterum egerrime desinit: non in eiusdem potestate initium eius et finis est.**

omne bellum sumi facile, ceterum aegerrime desinere; non in eiusdem potestate initium eius et finem esse; incipere quoivis etiam ignavo licere, deponi quom victores velint.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 83.1 (A. Kurfess ed., 1957, p.118, ll.12-15).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 20: De audacia: timore: spe: et desperatione et magnanimitate bellatorum (fol.129vb):

Salustius in catilinario. **Quanta cuiusque animo audacia natura: aut moribus mesta: tanta in bello patere solet.**¹ **Semper in bello his maximum est periculum qui maxime timent.**
Audacia pro muro habetur. Necessitudo etiam timidos fortes facit.²

1. quanta quousque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 58.2 (A. Kurfess ed., 1957, pp.48-9, ll.32-33, 1).

2. semper in proelio iis maxumum est periculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur. Quom vos considero, milites, et quom facta vostra aestumo, magna me spes victoriae tenet. animus aetas virtus vostra me hortantur, praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit.

Gaius Sallustius Crispus, *De coniuratione Catalinae*, 58.17-19 (A. Kurfess ed., 1957, p.50, ll.1-7).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141va):

Salustius in iugurthino. **Expertus sum parum fidei miseris esse.**

Plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea, et iam antea expertus sum parum fidei miseris esse; nisi tamen intellego illum supra quam ego sum petere neque simul amicitiam vostram et regnum meum sperare.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 24.4-5 (A. Kurfess ed., 1957, p.74, ll.16-20).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.143vb):

Salustius in iugurthino. **Omnia orta occidunt. et anxia senescunt.**

postremo corporis et fortunae bonorum ut initium sic finis est, omniaque orta occidunt et aucta senescunt: animus incorruptus, aeternus, rector humani generis agit atque habet cuncta neque ipse habetur.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 2.3 (A. Kurfess ed., 1957, p.54, ll.6-9).